



25.

627.

2

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA
SECUNDA,
ad

**Constitutiones
Electtorales
DIVI AUGUSTI,
in primis ad Part. I. Constit. IV.
V. VI. VII. &c.**

Quam

Indultu Magnifici FCC. ordinis


IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,
PRÆSIDE

**WERNERO THEODORO
MARTINI, J. U. D. & P. P.**

publicæ ventilationi exponet

In Auditorio JCT. ad diem Jan. Anno 1683.

JOHANNES CHRISTIANUS Rottnagel /
Wittenbergensis Saxo.



Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

M



DISSEMINATIO
VALIS SECUNDA
ad
Competitiones

Electores
DIVI ALBERTI

ACADEMIA
SACRA

WILHELMI

JOHANNIS

DISSERTATIO II.
ad
CONSTITUTIONES ELECTO-
RALES SAXONICAS
DIVI AUGUSTI

RESPONDENTE
JOHANNE CHRISTIANO Nottnagel/
Wittenbergenſi Saxone.

PARTIS PRIMÆ,

CONSTITUTIO IV.

Von der Gewehr.

PART. I.

CONSTITUT. IV.

Die Gewehr ſoll wirklich Actu Corporali angelobet werden / und ſoll nicht genugsam ſeyn / dieſelbe in actis wörtlich anzugeloben.

NOTÆ.

Not. 1. Proponit jam Serenissimus Legislator præſenti IV, nec non V. & VI. *Conſtit.* tres potissimum species dilatoriarum exceptionum, seu illarum, quæ litis saltem differendæ causâ antè litis Contestationem opponi solent: Quales sunt 1. *exceptio gvarandæ*, 2. *Exceptio cautionis pro reconventionem & expensis*. 3. *Exceptio spoli.*

Not. 1.
Connexio.

Not. 2. *Exceptio gvarandæ*, uti ex ipsâ voce constat, Romanis Latinisq; incognita fuit, & usu fori Saxonici saltem recepta. Est nempe hæc cautio gvarandæ generalis quædam cautio, quæ in limine iudicii & antè litis contestationem à Reo opponitur Actori, ut nempe firmius aliquò modò reddatur iudicium, neque Actor temerè resiliat ab

Not. 2.
Exceptio gvarandæ jure Saxonico recepta.



Actione semel institutâ & hæc cautio gvarandæ à Reo opponitur Actori, non vice versâ.

Not. 3.
Jure veteri Romanô Actor in judicio nullam cautionem præstabat, sed solus Reus de judicio sisti.

Not. 3. De Jure civili Romanô antiqvo & Veteri, quo vocatio in Jus privata adhuc erat concessa, sola cautio præstatur à vocatô in Jus vel Reo, nulla ab Actore, de quo præsumebatur, illum spontè suâ compariturum esse, quod ejus interesset controversiam cœptam cum Reo citò expediri, & ita solus Reus, cujus plerumque est fugere, & in quem etiam invitum jus reddi potest, cautionem de judicio sisti præstare cogebatur ipsô jure XII. tabularum. Reus enim hóc modô in judicium citatus privatâ auctoritate necesse habebat in jus vocantem, seu Actorem protenus sequi, aut satisdare, vel *cavere judicio sisti*, adeò, ut nisi vocatus alterutrum faceret, vocanti jus esset, vocatum *obtor-tô collô ad Prætores* trahere, uti patet ex *tot. tit. ff. in Jus vocati ut eant, aut satis, vel cautum dent.*

Not. 4.
Tempore Justiniani tres cautiones inventæ ab Actore præstandæ jure Novellarum.

Not. 4. Temporibus postmodum *Justiniani* Imperatoris, cautiones nonnullæ inventæ sunt, quæ etiam ab Actore præstandæ fuerunt, itidem de Judicio sisti, & tres potissimum fuerunt, quarum mentio fit in *Nov. 53. cap. 1. Nov. 96. cap. 1. Nov. 112. cap. 2.* quibus cautionibus malitia litigantium constricta fuit, ne tergiversatione & contumaciâ Actoris, quæ intolerabilior est, quàm Rei, judicium fiat elusorium, de quibus tribus satisfactionum speciebus plura diximus in *Tractatu nostro de Ord. Judic. celebr. Germ. cap. 9. n. 27.*

Not. 5.

Not. 5. Moribus nostris *Germaniæ*, præsertim verò *Jure Saxonico*, triplex adhuc cautio ab Actore præstanda videtur, si nempe per modum Exceptionis à Reo, præsertim antè litis contestationem Actori opponatur. Harum I. est:

Cau-

CONSTITUTIO IV.

Cautio de lite prosequenda, quæ ad instantiam Rei à Judice Actori imponi solet, eò casu, si ipse Actor in termino præfixo & citationi inserto, tanquam contumax, non compareat, & ipse tergiversetur & litem protrahat, & quidem hæc consuetâ formulâ: Das Beklagter ehe und bevor Kläger cautionem de lite prosequenda gebühlich bestellt/ auch die Unkosten dieses Termins demselben erstattet/ sich auff die Klage einzulassen nicht schuldig. 2. Altera *cautio*, quæ ab Actore ad instantiam Rei à Judice præstanda injungi solet, est *cautio pro reconventione & expensis*, de quâ plura dicemus in Constit. seqq. V. 3. Tertia species cautionis ab Actore ad instantiam Rei præstandæ in Foro Saxonico recepta est *cautio gvaranda*, quæ describitur præfenti Constit. IV.

In Judiciis Saxonis ab Actore ad instantiam Rei triplex adhuc cautio præstanda 1. De lite prosequenda. 2. Pro reconventione & expensis. 3. gvaranda.

Not. 6. *Gvaranda* vel *gvarrenda* Vocabulum barbarum est, & à veteribus Saxonibus procul dubio inventum, Videtur tamen aliquam similitudinem habere cum *evictione* Juris civilis, unde hæc cautio *gvarandæ* in rubricâ hujus Constitutionis rectè dicitur *die Gewehr der Klage/ oder die Gewehr der Klage anzuloben*. Quemadmodum nempè de Jure civili venditor vel expressè, vel ipsâ Naturâ contractus postulante, tacitè *evictionem* rei venditæ emptori præstare tenetur, ita hæc cautione *gvarandæ* Actor Reo se obligat ad *evictionem* quasi litis continuandæ.

Not. 6. *Gvaranda* Latinis ignota, quoad effectum Juris tamen affinitatem aliquam habet cum *evictione* Juris civilis, unde germanis dicitur *die Gewehr*.

Not. 7. Describi potest autem *cautio gvaranda*, quod sit *promissio aliqua Judicialis*, quâ Actor stipulatâ manu Judici vel Actuario porrectâ, & ita actu corporali se obligat ad *litem cæptam* eò modò, quò cæpta est, continuandam.

Not. 7. Descriptio cautionis *gvaranda*.

A 3

Not. 8.



Not. 8.
*Requisita cau-
 tionis gvaran-
 dae 1. oppona-
 tur à Reo. 2.
 antè litis con-
 testationem.
 3. Actu corpo-
 rali.*

*4. Consigne-
 tur ab Actua-
 rio, quod cor-
 porali actu
 facta sit.*

*Si Actor cau-
 tionem gva-
 randa praesta-
 re recuset, im-
 poni illi potest
 per sententiã
 Judicis.*

Not. 9.
*Cautio gva-
 randa Jure
 quod commu-
 ni Saxonico
 recepta fuit &
 confirmata*

Not. 8. Requisita hujus cautionis gvarandæ potissi-
 mum sequentia sunt: 1. Ut loco exceptionis opponatur à
 Reo, cum illam ex officio Judex supplere non teneatur. 2.
 Debitò tempore requiratur, & ad exemplum aliarum ex-
 ceptionum dilatoriarum ante litis contestationem. 3. Ut
 fiat non verbali saltem promissione, sed etiam actu corpo-
 rali, quorsum spectant verba hujus constitutionis: *Die
 Gewehr soll würcklich actu corporali angelobet wer-
 den.* Per quem actum corporalem alii quidem tactum ba-
 culi judicialis intelligunt, qui modus tamen in judiciis Sa-
 xonicis conversus videtur in promissionem, quæ fit stipula-
 tâ manu. 4. Quamvis consignatio factæ præstationis gva-
 randæ, quæ ab Actuario fieri solet, ad essentiam hujus
 rei non spectet, ad evitandas tamen litigantium vanas con-
 troversias & meliorem probationem necessaria esse vide-
 tur, uti etiam ad evitandas cavillationes ut plurimum præ-
 statio gvarandæ fieri solet in præsentia ejus, qui hanc exce-
 ptionem actori opposuit, sive ipse fit Reus, sive ejusdem
 mandatarius. Et quamvis hæc cautio gvarandæ ad sub-
 stantialia judicii non pertineat, sed si non opponatur, sine
 vitio nullitatis omitti possit, attamen, si ab adversâ parte
 illa petatur, & Actor illam præstare recuset, Judex per sen-
 tentiam illam injungere debet Actori, cui exceptionis locò
 opponitur hæc consuetâ formulâ: *Daß Kläger die ange-
 sonnene Gewehr der Klage anzuloben verbunden.*

Not. 9. Cautio hæc gvarandæ non solum præsentis
Constitutione IV. sed etiam Jure communi Saxonico fun-
 data est, *Land Recht Lib. 1. Art. 63. l. 2. art. 14. & 15. Wehr
 Busz/ das ist/ eines Mannes Hand / damit er die Ge-
 wehr gelobet.* Imprimis verò omnia requisita gvarandæ
 præ-

ordin. Proc. tit. 12.

CONSTITUTIO IV.

præstationis, recensentur in processu Saxonico, Gerichts-Ordn. tit. 12. Von der Gewehr.

¶ Jeweil Vermöge der Landüblichen Sächsischen Rechte / ein ieder Kläger die Gewehr seiner Klage / ehe dann der Beklagte auff dieselbige antwortet / anzugeloben schuldig / und wann solches verbleibt / der Beklagte gemeiniglich derowegen zu excipiren pflegt / so soll ein ieder Kläger solche Gewehr nicht allein in Actis wörtlichen / sondern auch Vermöge der Constitution actu corporali würcflichen zum Gericht / unserem Lehen-Secretario im Appellation - den Protonotariis bey den Hoff- und den Actuariis in den andern Gerichten angeloben / und solches von denselben umb Nachrichtung willen / alsbald zu den Actis verzeichnet werden.

Not. 10. *Questio hic incidit: In quibus causis hac præstatio gvaranda requiratur, & exceptionis locò à Reo opposui possit?* Et quamvis textus hujus constitutionis nec non ordinationis Processûs generalis sit, ex communi tamen Interpretum Saxonorum mente illa saltem locum invenit in causis *ordinariis* nec non *summariis*, non tamen *executivis*, Carpzovius tamen in eâ opinione est præstandam quoque gvarandam esse in causis criminalibus, hâc tamen lege & conditione, ut post gvarandam præstitam in causâ quoque criminali Accusator nova ac plura indicia contra Accusatum proponere possit. Porro præstationem hanc gvarandæ etiam extendit ad causam *reconventionis*, quâ de re videri potest in *JurPrud. Forens. Part. I. Const. IV. def. 6. 7. 8.* Quare verò in causis *executivis* nec non in *processu criminali inquisitorio*, item *processu matrimoniali*, non o-

Not. 10.
In quibus causis præstatio gvarande opus sit? Respondetur, in ordinariis & summariis causis civilibus. item. in processu criminali accusatorio, nec non causâ re conventionis. Non verò in processu executivo criminali inquisitorio, matrimoniali.

opus & quare?



opus sit præstatione gvarandæ, ratio hujus rei in eò consistere videtur, quòd in ejusmodi processibus solenni litis contestatione, & solenni libelli oblatione non opus sit, quia nempe in illis libelli mutatio metuenda non est, & quæ aliæ causæ sunt, quas prolixè allegant Jurisconsulti Saxonici in suis scriptis *Matth. Colerus de Proces. Execut. part. 1. cap. 3. n. 17. Berlichius concl. 19. Zangerus de Except. part. 2. cap. 21. n. 59.*

Not. II.

Effectus duplex præstationis gvarandæ de Jure Saxonico.

Not. II. *Quod si effectum hujus præstationis gvarandæ spectemus, illum communiter Doctores duplicem statuunt. 1. Quòd eà præstita Actor libellum mutare & Reo juramentum deferre nequeat, 2. Ut Actor Reum contra quoscunque alios, qui de ea re fortè conveniant defendere cogatur, qui posterior tamen effectus præstationis gvarandæ, quamvis ille à nonnullis Jurisconsultis defendatur imprimis *Carpzovio in processu*, à multis tamen aliis, *Daniele Mollero, ad Const. 4. part. 1. Henrico Göden/ Conf. 116. n. 14.* admodum in dubium vocatur, quæ res me hætenus movit Gvarandæ præstationem magis ex observantiâ & solennitate quâdam judicii Veterum Saxonum, quàm solidâ quâdã ratione ad Judicia Saxonica pervenisse. Interim non recedendum facilè est à stylo curiæ & processu legibus publicis præscripto.*

CONSTITUT. V.
TEXTUS.

CONSTITUTIO V.

Vom Vorstand.

Er/ so unter uns Güter hat/ und gnugsam in unsern Landen besessen / sol den Vorstand vor die Expens und zur Widerklage/ zu bestellen nicht schuldig seyn/

CONSTITUTIO V.

seyn/ob er gleich unter dem Gerichte/ dafür er beflaget/
 sonst nicht seßhaftig / so soler auch nicht gedrungen
 werden / einige Gunst über die Güter / von den Gerich-
 ten / darunter sie gelegen / zum Vorstand auszubrin-
 gen / und dergleichen sol auch dessen / so gnugsam unter
 uns besessen / constituirter Anwald / ferner Caution und
 Vorstand zu bestellen / und aufzurichten nicht pflichtig
 seyn. Aber der / so unter einer frembden Herrschafft / ei-
 nes andern Oberherrn ist / und in unsern Landen kla-
 gen würde / sol wie in Gerichten unserer Lande zuspreche
 gebräuchlich biß anhero gewesen / den Vorstand bestel-
 len / und dessen nicht erlassen werden. Wir wollen aber
 auch solches Vorstands halben / unsere Hoffgerichts-
 Ordnung nicht aufgehoben haben / sondern lassen die-
 selbige dieses Puncts wegen / bey Kräftten und Wür-
 den bleiben.

NOTE.

Not. 1. Altera cautio, quæ ab Actore in Judiciis
 Saxonis, Si illa à Reo exceptionis loco requiratur, præ-
 standa, est *cautio pro reconventionem & expensis*. Hæc ma-
 gnam similitudinem quidem habere videtur, cum illa,
 quæ exprimitur in *Nov. 112.* quæ tamen ex variis causis ab in-
 vicem distant, quas alibi recensuimus. Nobis jam res est
 cum illa cautione pro reconventionem & expensis, quæ Jure
 Saxonico communi & Electorali fundata est, eumque in
 finem recepta, ut securus reddatur Reus, qui conventus ab
 Actore, qui in immobilia non possidet, neque expensas
 processus ab eo repetere cum fructu, neque illum validè
 reconvenire potest.

Not. 1.
*Cautio pro re-
 conventionem &
 expensis fun-
 data in Nov.
 112.
 Jure Saxonico
 observantia
 fori potissi-
 mum introdu-
 cta in gratiam
 Rei.*

B

Not. 2.



Not. 2.
*Cautio pro re-
 conventione &
 expensis officio
 Judicis ad in-
 stantiam Rei
 per sententiam
 injungenda
 est, neglecta
 tamen non
 reddit proces-
 sum ipsò Jure
 nullum.*

Not. 3.
*Cautio pro re-
 conventione
 & expensis
 tanquam ex-
 ceptio Dilato-
 ria regulariter
 ante litem con-
 testationem
 opponitur.*

Not. 4.
*Cautio pro re-
 convent. & ex-
 pensis Jure
 communi Sa-
 xonico & Ele-
 ctoralis recepta*

Not. 2. Quamvis hæc cautio de præstandâ cautione super reconventionem & expensis ad substantialia judicii non pertineat, neque regulariter illam iudex nisi Reus illam petierit, supplere debeat, attamen iudicis officio incumbit, ut non admittat Actorem facillè ex alio territorio ad agendum, nisi hanc cautionem præstiterit, quod maxime verum est, si contumacia Actoris manifesta sit, ita, ut iudicium apparenter fieri possit elulorium. Interim tamen statuimus cum Muscatello, quod iudicium propterea nullum non sit, quamvis fortè hæc cautio petita ab Actore præstita non sit, cum res hæc magis ad accidentalia, quam essentialia spectet processus requisita, nunquam tamen à iudice præteriri debet, si illa petatur ab Actore.

Not. 3. Quemadmodum verò cautio Guarandæ, ita quoque cautio pro reconventionem & expensis, cum utraque dilatoria sit, antè litem contestationem opponenda est, Reus etenim, in cuius favorem hæc exceptio inventio est, si illam antè litem contestationem non opposuerit Juri suo renuntiasse, & actori exceptionem hanc remisisse videtur. Uti etiam Reus audiendus non est, si ejusmodi cautionem super Reconventionem & expensis petat & exigat à Reo post factam litem contestationem, nisi forte novum gravamen contrà actorem emergat, e. g. si Actor post cœptam actionem vel casu fortuito vel aliò modo desierit esse immobilium Possessor. *Carpzov. part. 1. Const. V. def. XI.*

Not. 4. Originem hac Cautio traxisse videtur pro reconventionem & expensis ex moribus Germaniæ, præsertim verò Saxoniam, *Landrecht lib. 52. art. 9.* Quod Jus commune Saxonicum præsentem hanc Constitutionem V. à Divò AUGUSTO ELECTORE approbatum, postmodum verò à Sere-

CONSTITUTIO V.

à Serenissimo Electore Johanne Georgio I. in ordinatione
 Processus tit. 13. vom Vorstand Confirmatum fuit, his ver-
 bis: Nach dem auch der Kläger einen Vorstand / der
 Expens und Widerflage halben / zu bestellen pflichtig /
 und aber in viel ermeldeter Constitution verordnet / daß
 allein die / welche in unsern Landen nicht gefessen / und
 vor uns klagen würden / hierzu verbunden / die andern
 aber / so unter uns begütert / damit verschonet werden
 sollen / so sol es auch hinfuro / ohn Unterscheid der
 Schrift = und Ampt = Sassen / dabey verbleiben.

Wie hoch aber einer begütert / oder da er unter
 uns nicht besessen / den Vorstand zu bestellen schuldig /
 sol nicht allwege nach einen Wehrgelde / oder denen in
 etlichen Gerichten bishero bräuchlichen 50. Gilden
 gerechnet / sondern von unsern Appellation, Hoff / und
 andern Gerichten / der Sachen und Person Gelegen-
 heit nach / æstimiret werden.

Da aber der Kläger Armuths halber den Vor-
 stand zu bestellen nicht vermöchte / und mit einem Eynde
 betheuren würde / er habe so viel nicht in Vermögen /
 gläube auch er könne noch angekehrten möglichen Fleiß
 solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfanden nicht be-
 stellen / soll er denselben ohn fernern Beweis / oder Ge-
 richtlichen Schein / endlichen zu leisten zugelassen wer-
 den / auf daß er sich auch mit diesem Eynde desto besser
 fürzusehen sol ihm allwege zuvorn dabey vermeldet
 werden / wie hoch sich die Caution, die er sonst bestellen
 solte / erstrecke.

B 2

Not. 5.



Not. 5.
*Quanam per-
 sonæ cautio-
 nem pro re-
 conventione
 & expensis
 præstare de-
 biant, & quæ-
 nam ab illâ li-
 berentur?*

Not. 6.
*Concordat
 hæc constitutio
 V. Juris Saxo-
 nici cum di-
 spositione Juris
 civilis, L. XV.
 ff. qui Satisd.
 cog.*

Not. 5. Sed ut revertamur ad *constitutionis* nostræ explicationem, tota illa occupata esse videtur circa explicandas illas personas, quibus validè & cum effectu exceptionis loco hæc cautio opponi potest, seu quæ nam personæ ad præstandam cautionem pro reconventionem & expensis adigi possint, quæ nam verò ipsò jure ab illius præstatione liberentur. Generaliter nempe omnes personæ cautionem pro reconventionem & expensis præstare debent, exceptis illis solis, quæ res immobiles possident. Exceptio nempe hæc unicè præsentem constitutionem explicatur & proponitur, quænam nempe personæ ipsò jure liberentur hæc cautionem, quam exceptionem si secundum contenta constitutionis perlustraverimus, postmodum firma reddetur regula in casibus non exceptis.

Not. 6. Non recedit hæc Constitutio Saxonica à dispositione Juris civilis Romani, quando in eâ disponitur, quod immobilium rerum possessores liberentur à præstatione cautionis pro reconventionem & expensis, Serenissimus nempe Legislatores his verbis utitur: *Der so unter uns Güter hat / und genugsam in unsern Landen besessen / sol den Vorstand für die Expens und zur Widerflag zu bestellen nicht schuldig seyn.* Convenit per omnia hæc dispositio Juris Saxonici cum Jure civili Romano & desumpta esse videtur ex *Lege 15. ff. qui satis dare cogantur*, Ubi in *prin. Legis* hæc habentur verba: *Sciendum est Possessores rerum immobilium satis dare non compelli*, & ita non erraverimus, si ex ipsò Jure civili demonstramus, quis propriè dicatur esse Possessor rerum immobilium, in specie verò quis talis habeatur de Jure Saxonico Electorali.

Not. 7.

CONSTITUTIO V.

Not. 7. De Jure civili Romano ille Possessor accipien-
 dusest, qui in agrò vel civitate rem soli possidet, aut ex asse,
 aut pro parte, sed & qui vectigalem, i. e. emphyteuticum
 agrum possidet, item, qui solam proprietatem, habet, eum ve-
 rò, qui tantum usum fructum habet, possessorem non esse
 Ulpianus scripsit, uti quoque creditor, qui pignus acce-
 pit, possessor non est, tametsi possessionem habeat, aut
 sibi traditam aut precario debitori concessam, fundi ta-
 men dotalis possessores non solum maritus, sed & uxor dicun-
 tur, & quæ alia sunt exempla illorum, qui pro possessoribus
 rerum immobilium habentur, quæ recensentur in illa Le-
 ge 15. §. 1. & 2. & seqq. ff. qui satis dare cogantur.

Not. 7.
 Quis possessor
 dicatur rerum
 immobilium
 de Jure civili
 Romano?

Not. 8. Nos misò Jure civili Romanò Jam secun-
 dum ductum nostræ Constitutionis in specie considerabi-
 mus illas personas, quæ Jure Electorali Saxonico pro pos-
 sessoribus immobilium habentur, his annumerantur
 1. quæ in Electoratu Saxonie sub juris dictione nempè Sere-
 nissimi Electoris bona immobilia possident, loquitur nempè
 Serenissimus Elector ita de his suo nomine: **Der so un-
 ter uns Güter hat / und genugsam in unsern Landen
 besessen /** per hujusmodi personas non solum illæ intelli-
 gendæ sunt, quæ antè divisionem Provinciarum Electora-
 lium, quæ facta est ab Electore Saxonie JOHAN. GEORG. I.
 inter liberos, Electorem nempè JOHAN. GEORG. II. &
 Serenissimos fratres AUGUSTUM, CHRISTIANUM, &
 MAURITIUM in terris Electoratus res immobiles posse-
 derunt, sed etiam quæ post factam ejusmodi divisionem in
 ejusmodi Provinciis hodiè immobilia adhuc possident, ita
 nempè Serenissimus Elector Saxonie JOHANNES GE-
 ORG. II Gloriosæ memoriæ termino TRINITATIS Anno

Not. 8.
 Quinam di-
 cantur posses-
 sores rerum
 immobilium
 de Jure Saxo-
 nico Electorali?

B 3 1664.



1664. ad Senatum Judicii Appellationum supremum re-
 scripsit, daß ob wohl die Theilung der Lande vorgegan-
 gen / dennoch derselbe welcher in der Herrn Brüder
 Landen mit immobilibus angesessen / cautionem pro re-
 conventione & expensis zu bestellen / nicht schuldig/
 Quod mandatum neque hodiè sublatum esse creditur, &
 formula pronuntiandi in prælaudato Senatu Appellatio-
 num hæc est: Daß Kläger den Vorstand für die Expens
 und zur Wiederklage zu bestellen schuldig / er könnte und
 wolte denn / daß er in unser / oder unserer Herrn Brü-
 der (hodiè Herrn Vettern) Landen mit unbeweglichen
 Gütern angesessen / auff solchen Fall wäre er damit
 billig zu verschonen.

Not. 9.

*Questio, num
 possessor rerum
 immobilium
 precise in loco
 judicii, ubi
 controversia
 ventilatur,
 bona posside-
 re debeat?*

*Sententia Ju-
 ris civilis.*

*Sententia Ju-
 ris cameralis
 Imperialis.*

*Sententia Ju-
 ris Saxonici.*

Not. 9. Occurrit hîc non inanis quæstio: Num pos-
 fessor immobilium, qui liberari vult hâc cautione, bona
 possidere debeat in loco Judicii, nec ne? Distingvenda
 hîc sunt jura; de *Jure civili Romano* dubium non est, quod
 possessor immobilium intelligendus sit de eò, qui bona
 possidet sita in territorio vel sub Jurisdictione Judicis, nec
 prodest possessio extrâ territorium alienum. De *Jure Ca-
 merali & Imperii* rarissimæ ideò sunt cautiones pro re-
 conventione & expensis, dum territorium ejus per totum
 quasi imperium Romano - Germanicum se diffundit, nisi
 fortè extraneus extrâ imperium Romanum in Camera
 Imperiali subditum imperii convenire velit, tunc Actor ad
 instantiam Rei secundum Jus commune ei cautionem
 præstare debet de reconventione & expensis, ne extrâ im-
 perium actione sumptuosâ oneretur. De *Jure Saxonico*
 sufficit, si Actor sub Electoratu bona saltem immobilia
 possi-

CONSTITUTIO V.

possideat, sive sint in loco Judicii, sive extra locum judicii, quinimò liberatur à cautione Actor, quamvis domicilium extrà Electoratum habeat, sufficit enim hic sola possessio bonorum immobilium, ita, ut ne quidem opus sit speciali oppignoratione bonorum verba nempe hujus Constitutionis perspicua satis sunt: **Ob er gleich unter dem Gerichte dafür er beklaget / sonst nicht seßhaftig / so soll er auch nicht gezwungen werden einige Gunst über die Güter von denen Gerichten / darunter sie gelegen / zum Vorstande außzubringen.**

Not. 10. Notabile porrò est ex hâc Constitutione Saxonica, quod mandatarius vel Procurator Actoris hâc cautione pro reconventione & expensis non oneretur, modo demonstret Dominum litis principalem in Electoratu bona immobilia possidere vel hâc de re Judici exactis & aliàs jam constet. **Ita nempè hâc de re disponunt verba Constitutionis, Und dergleichen soll auch dessen / so genugsam unter uns besessen constituirter Anwalt / ferner Caution und Verstand zubestellen / und auffzurichten nicht pflichtig seyn / Quod si tamen Procurator vel mandatarius ipse immobilia in Electoratu possideat, principalis autem Actor immobilium possessor non sit, omninò admittitur si sub oppignoratione bonorum hanc cautionem præstet pro principali Actore, aliàs regulariter procurator non onerandus est hâc cautione, si ipse principalis bona immobilia possideat, cum Procuratoris conditio non deterior esse debeat, quam ipsius Principalis, Wesembecius in Parat. ff. qui satis dare coguntur. n. 3.** In camerâ Imperiali recepta est satisdatio, quam Actor & Reus præstare debent sub hypotheca suorum bonorum pro se & heredibus suis,

Not. 10.
*Jure Saxoni-
co Procurator
vel Mandata-
rius cautione
non gravatur,
si ipse Princi-
palis possessor
sit rerum im-
mobiliium in
Electoratu Sa-
xonia.*



fuis, quod omnia grata & Rata habere velint, quæ à Procuratoribus, eorumque substitutis quovis modo gesta fuerint, *Blumius in proc. Cam. t. 30. n. 11. 12.*

Not. 11.
Rerum saltem
mobiliū pos-
sessores vel
qui res immo-
biles quidem
possident, sed
extra Electo-
raturam Saxo-
niæ, à cautio-
ne immunes
non sunt

Not. 11. Ulti igitur Jure civili Romano, ita quoque Saxonico Electorali non liberantur à satisfactione Possesso- res saltem bonorum mobilium, quibus comparantur quo- ad effectum Juris illi, qui secundum jus civile immobilia quidem possident, sed non in loco judicii, vel secundum jus Saxonicum bona quidem immobilia habent & possi- dent, sed tamen extra Electoratum, qui certè non libe- rantur hâc cautionis præstatione ob verba constitutionis nostræ expressa: *Über der / so unter einer frembden Herrschafft / eines andern Oberherrn ist / und in unsern Landen klagen würde / soll / wie in Gerichten unserer Lande zu sprechen gebräuchlichen bißanhero gewesen / den Vorstand bestellen / und dessen nicht erlassen wer- den.* Ratio hujus legis & constitutionis in eò consistit, quod difficilis reconventio sit & repetitio expensarum con- trà eum, qui ad judicium citatus extra territorium Jus di- centis impunè comparere non potest L. ult. ff. de Jurisdi- ctione.

Not. 12.
Perfictionem
Juris multi
pro rerum im-
mobiliū pos-
sessoribus ha-
bentur, qui re-
verà tales non
possident.

Not. 12. Quod autem dictum est immobilium re- rum possessores à cautione pro reconventionem & expensis liberari & ad eam præstandam solos mobilium possessores obstrictos esse, tam de jure civili & Canonico, quàm Saxo- nicò multas admittit limitationes. Per fictionem enim Juris multi pro possessoribus immobilium habentur, qui revera tamen res immobiles non possident, multi etiam res quidem solum mobiles possident quæ tamen rebus im- mobilibus, quo ad effectum cautionis æquiparantur.

Not. 13.

CONSTITUTIO V.

Not. 13. Non disputabimus hinc subtiliter cum Do-
 ctoribus & interpretibus Juris Civilis, quinam verè & pro-
 priè dicantur alicujus Rei immobilis *dominium* vel *possessionem*
 habere & qualis differentia sit inter *dominium proprietatis*
 & *possessionis*, cum intricatæ hujusmodi quæstio-
 nes ad cathedram potiùs, quàm forum spectent, interim
 tamen ex usu & observantiâ fori didicimus, quod pro im-
 mobilium rerum possessoribus habendi sint 1. Omnes illi,
 qui *dominium* illarum habent *directum* & qui inde dicun-
 tur *proprietarii*, quod maximè verum est, si ejusmodi do-
 minium *directum* conjunctum sit cum *dominio utili*, seu
usufructu rei, nullâ quidem adhibitâ differentiâ, num quis
 ejusmodi rem immobilem solus, an verò conjunctim cum
 aliis hæredibus vel sociis habeat, neque porro interest, num
 tale *dominium* quis habeat *revocabiliter* an verò *irrevo-*
cabiliter, cum *revocabile* quoque *dominium*, quale est cum
 pacto de retro vendendo conjunctum, pro *pleno* *dominio*
 sit habendum. 2. Liberantur quoque hinc cautione posses-
 sores rerum immobilium, quamvis solò animò res ejusmo-
 di immobiles possideant, uti sunt *Dominus feudi*, *Domi-*
nus rei emphyteuticæ &c. qui dicuntur *soli proprietarii*,
 qui omnino ab hinc cautione etiam liberantur; l. 15. §. 1. ff.
 Qui sat cog. hæ prædictæ personæ, quæ alicujus rei domi-
 nium *directum* & *utile* simul vel *dominium directum* so-
 lùm rerum immobilium habent, à cautione hinc liberan-
 tur, quamvis bona ejusmodi, quæ habent, *rei alieno* sint
 obnoxia, vel etiam creditori alicui *hypothecata*, quod &
 Mollerus extendit ad illa bona, quæ quis emit, & ita per
 contractum emptionis rei *dominium* nactus est, quamvis
 pretium integrum pro illâ re emptâ immobili nondum

Not. 13.
 Recensentur
 Possessores re-
 rum immobi-
 lium de Jure
 Saxonico.

1.
 Dominium di-
 rectum & uti-
 le in re immo-
 bili habentes.

2.
 Dominiũ sal-
 tem directum
 vel proprietatem
 in re im-
 mobili habentes.

Non satis da-
 re coguntur
 possessores re-
 rum immobi-
 lium, quamvis
 ille rei alieno
 sint obnoxie,
 creditoribus
 oppignoratae,
 vel etiam litis
 giose factæ à
 tercio quod-
 dam.

C

lit



fit solutum, *Carpzovius part. 1. Const. 5. def. 14.* hanc dat rationem, quod in materiâ satisfationis non tam valor bonorum attendatur, quàm ut evitetur ea ipsa suspicio fugæ, ex quâ ratione etiam facilè decidi potest quæstio, numne possessor rei immobilis, super quâ litigatur, teneatur satisfacere, quod probant per *L. 15. sciendum. §. 6. si fundum. ff. qui satisd. cogantur.* Quod tamen limitant Doctores, si litigiosa sit ipsa res immobilis, non respectu tertii, sed intercedat inter ipsum Actorem & reum, cum nemo in propriâ causâ possit esse actor principalis, & etiam fidejussor. *L. 71. ff. de fidejuss. Adde Carpzovium part. 1. Const. 5. def. 15.*

Not. 14.
Jure Saxonico
contra disposi-
tionem Juris
civilis liberan-
tur ab hac
cautione usu-
fructuari vel
utile saltem
dominium ha-
bentes in re
immobili, ma-
xime verò

Vasalli & Em-
phiteute &c.

Not. 14. Quamvis 3. de *Jure civili Romano* hac cautio-
ne pro reconventionem & expensis non liberetur ille, qui
utile saltem habet rei immobilis dominium, vel usufructu-
arius, ob *L. 15. §. 1. ff. qui satisd. cogantur*, ubi hæc habentur
verba *Eum verò, qui tantum usumfructum habet* possessor-
re non esse Ulpianus scripsit *cujus rei ratio hæc esse* videtur,
Quod usufructu finito fructus ad proprietarium redeant,
attamen in foro Saxonico, neque usufructuarius onere sa-
tisfactionis afficitur, cujus rei rationes varias allegat *Carp-
zovius part. 1. Const. V. def. 21.* Et ita quoque Jure Saxonico
liberantur à præstatione cautionis hujus Vasalli, qui utile
dominium habent, vel usumfructum feudi, vel possessores
fundi *emphitevtici*, quia hic nulla est differentia, num bo-
na sint *feudalia*, vel *allodialia*, sufficit enim, quod posses-
sio rerum immobilium sublevet ab hac cautione, quamvis
vasallus & emphiteuta aliquod jus pingvius, quàm solum
usum fructum in fundo feudali & emphitevtico habeant,
Unde ille qui *vectigalem, i.e. Emphitevticum agrum possidet*,
pro possessore quoque in *Jure civili* habetur *L. 15. §. 1. ff. qui sa-*

CONSTITUTIO V.

satisd. cogantur. Et quamvis *Carpzovius* ad hanc classsem usufructuorum referat etiam *viduam possidentem dotalitium*, & *maritum qui fundum Uxoris possidet jure maritali*, attamen & illi pingvius jus, quam usumfructum habere creduntur, unde ipsò jure civili, si fundus *in dotem datus sit*, tam *Uxor*, quam *maritus propter possessionem ejus fundi possessores intelliguntur* L. 15. §. 3. ff. *qui satisd. cogantur.*

Nota 15. Per *fictionem juris rerum immobilium* possessoribus quoque annumerantur *possessores annuorum reddituum*, quia nempè communi Doctorum sententiâ annui ejusmodi redditus præsertim in longos annos, *die Wiederkäufflichen Zinsen* / comparantur rebus immobilibus, quod probari potest, partim textibus Juris civilis, quos allegat *Carpzovius part. 1. Const. V. def. 16.* partim textu Juris Saxonici *part. 3. const. 24. §. ult.* Das Sie die Hauptstämme der *Wiederkäufflichen Zinsen* / als unbewegliche Güter erkennen sollen. Et ex eadem hâc ratione liberari videtur ab hac cautione, qui *actionem habet ad res immobiles*, cum actiones ad res immobiles æquiparentur rebus immobilibus, quamvis aliàs nomina & actiones tertiam aliquam bonorum Speciem à mobilibus & immobilibus separatam constitunt de Jure civili, quod tamen trahendum non est ad illum, qui actiones habet ad res mobiles seu nomina activa, *der viel außstehende Schulden hat* / cautè enim hic omninò procedendum est à Judice, ne ejusmodi Actorem facilè sine cautione admittit, quamvis aliquot millium habeat nomina exigibilia, nisi instrumentum obligationis gvarentigiatum loco pignoris usqve ad eventum litis deponat, nec inanis est distinctio Docto-

Not. 15.
Per *fictionem*
Juris liberan-
tur ab hâc
cautione pos-
sessori annuorum redi-
tuum

Item *actio-*
nem habentes
ad rem immo-
bilem.

Qui nomina
habent activa,
außstehende
Schulden/ eo
ipso non libe-
rantur ab hâc
cautione,

C 2

rum,



Not. 16.
 Persona, quæ
 per fictionem
 Juris pro pos-
 sessoribus &
 Dominis re-
 rum immobili-
 um habentur,
 ut filius famili-
 as in bonis
 parentum à
 cautione hâc
 non liberan-
 tur.

Nec liberan-
 tur illi, qui so-
 lam spem suc-
 cedendi vel
 possidendi ha-
 bent in feudis
 ut simultaneè
 investiti.

Not. 17.
 Tutores in
 causis pupillo-
 rum agentes
 vel conventi à
 cautione libe-
 rantur ob bo-
 na pupillaria.

rum, num quis actionem habeat aliquam *realem*, vel *perso-
 nalem*, quia illa si detur in re immobili liberat, non hæc
 ob verba §. 4. *Leg. 15. ff. qui satisd. cog. Diversa causa est ejus,*
qui fundi petitionem personalem habeat.

Not. 16. Quod autem diximus, quod illi qui vel *dire-
 ctum & utile* simul, vel *directum* solùm *Dominium & pro-
 prietatem vel utile* solùm & *usumfructum* rei immobilis ha-
 bent, satisdare non cogantur, extendendum non est ad illas
 personas, quæ per fictionem Juris pro Dominis rerum im-
 mobilium habentur, uti sunt liberi vel filii familiars, qui fi-
 ctum aliquod dominium habere videntur in bonis *Paren-
 tum, quamvis adhuc vivis parentibus L. 11. ff. de liberis &
 posthumis*, sanè ejusmodi possessio ficta bonorum paterno-
 rum non liberat filium familias à satisfactione, dum multa
 accidere possunt, ut parentum bona ad liberos non perve-
 niant, nisi fortè filius familias habeat bona immobilia *ca-
 strensia* vel cum Patre communia. Simel jus statuendum
 est de iis personis, quæ neque dominium verum, nec fictum
 alicujus rei immobilis habent, *sed solam aliquam spem possi-
 dendam futurorumq; bonorum, binc simultaneè investiti*, qui
 spem aliquam habent in bonis feudalibus succedendi ab hæc
 cautione ob solam illam spem liberari non possunt, quia
 multa accidere possunt, ut hæc spes fallat, & vasallus simul-
 tanee investitus ad feudi successionem non perveniat vid.
Carpzovium part, 1. Const. V. def. 12, & 13.

Nota 17. Aliter tamen se res habet in illo dominio
 ficto, quod tribuitur *tutori in bonis pupilli, qui in rebus pu-
 pilli loco Domini habetur L. 7. §. Si tutor ff. pro emptore.* Si
 itaq; Tutor conveniatur nomine pupilli, vel agat illius no-
 mine, pro possessore habetur & hæc cautione liberatur ob
 bona

CONSTITUTIO V.

bona pupillaria. Quod secus est, si vel conveniatur propriò nomine, vel in suâ causâ alium conveniat, tunc ipsum possessio bonorum pupillarium non sublevat, prodest tamen pupillo, si Tutor, qui in re pupillari convenitur, vel agit, ipsemet immobiliâ possideat, quæ Pupillus non habet. Quod & alii extendunt ad administratores rerum alienarum, civitatum &c. Quod tamen extentendum non est ad *fiscalem vel syndicum plurium ex Universitate*, cum illi satisfactioni sint obnoxii. *Carpzov. p. 1. c. 5. def. 29.*

Not. 18. Restat illas personas adhuc perlustrare, quæ quidem res mobiles saltem possident, & tamen hâc cautione liberantur, quod illæ res mobiles æquiparentur rebus immobilibus. *Bartholus & Castrensis* huc referunt *res mobiles pretiosas*, quibus consentit *Carpzovius in proc. tit. 9. Art. 5. n. 176.* Ex hâc quidem ratione, quod suspicio fugæ non cadat in possessorem rerum pretiosarum, sed puto ego cautè hâc in re procedendum, & arbitrio Judicis hanc decisionem esse relinqvendam, qui invitò Reo Jus quæsitum haut facilè adimere, nec à regulis Juris commnnis cum periculo partis recedere potest, neqve totaliter possessio rerû pretiosarum omnem suspicionem fugæ tollere videtur.

Not. 19. Tutius liberare poterit Judex Actorem ab hac Cautione, *Mercatorem*, qui possidet *res Mobiles* quidem, sed ad magnam & pretiosam negotiationem spectantes: & *Tabernam* variarum Mercium. *Wenn er einen reichen Borrath an Kauffwahren hat. Und ein Gewölb/nec* non literatum, *Doctorem* vel aliò gradu insignitum, qui pretiosæ alicujus *Bibliothecæ* possessor est, ejusmodi enim res collectim sumptæ ob quantitatem suam tam facilè de locò in locum moveri non possunt, uti fortè pecunia numerata, gem-

Not. 18.
Quomodo liberentur ab hac cautione rerum quidem mobilium possessores, sed tamen pretiosarum.

Not. 19.
à cautione pro reconventionem & expensis liberare potest Judex possessorem, tabernam mercatorem pretiosæ vel insignis Bibliothecæ.

C 3



gemmæ &c. Et qui possessorem à suspitione fugæ perinde liberant, uti res immobiles.

Not. 20.

In quibus cau-
sis caut. pr. re-
conv. & exp.
locum habeat?

Etiam in pro-
cessu crimina-
li accusato-
rio peti potest
hæc cautio.

non in inquisi-
torio.

In causis civi-
libus indiffe-
renter peti
potest.

tam in Ordi-
nario & sum-
mario, quam
executivo pro-
cessu.

Not. 20. Quod causas attinet, in quibus Actor hanc cautionem pro reconventionem & expensis præstare tenetur, perinde est, num *civiles* sint, vel *criminales*, quod tamen in causis *criminalibus* intelligendum saltem est de processu *Accusatorio*, de quo dubium non est, quin in illò peti possit ab Actore vel *Accusatore*, ne Reus vel accusatus damnum incurrat, si sumptibus litis inanibus vexetur, quo casu tamen rectè monet *Carpz. part. 1. Const. V. def. 23.* Quod accusatori in causis criminalibus major summa satisfactionis injungi soleat, quàm in causis civilibus, quò major nempe jactura est vitæ & corporis famæq; quæ vitæ comparatur, quæ bonorū temporalium & fortunæ. Non tamen locū invenit hæc cautio in processu criminali inquisitorio, cum in eo Judex Actoris vices suppleat, qui omni exceptione major est, & cujus officii ratio procautione est, quæ svadet, ne delicta maneant impunita. Quod verò causas *civiles* attinet, in illis indifferenter hæc cautio locum habet, nisi Actor bonorum immobilium sit possessor, & ita non interest, num causæ civiles, mediante *ordinario* vel *summario* vel etiam *Executivo* ventilentur processu, nam quamvis præstatio gvarandæ in executivis locum non habeat, aliter tamen sese res habet circa hanc cautionem pro reconventionem & expensis, quam Actor præstare debet, quamvis agat ex tali instrumento, quod paratam executionem habet, cum parata executio & Actio summaria non præcludat viam reconventioni & processui ordinario, & hæc res in forò Saxonico expressâ lege confirmata est in *ordinatione Proc. Judic. tit. 6.*
S Dieweil aber/ Wie denn auch eben der Ursach halben die Kläger in den Gerichten der Sächsischen Lande Ver-

CONSTITUTIO V.

Vorstand zubestellen pflegen / und diß wollen wir auch auff die Fälle / wenn man allein auff klare inhabende Brieff und Siegel / vermöge der Lands-Ordnung hülf- fe suchet / hiemit erstreckt haben. In causis tamen ma- trimonialibus non oneratur Actor hac cautione, *Beust. in tract. de Spons. part. 1. cap. 22.*

Cessat in cau- sis matrimo- nialibus.

Neque in processu *ex lege diffamari* diffamatus in iudicio agens hanc satisfationem præstare cogitur, cum in hoc processu diffamatus non Actoris (qui regulariter huic cau- tionem obnoxius est) sed Rei partes sustinet, quamvis alia ra- tio sit diffamantis, qui tanquam Actor illam præstare de- bet: uti & cautionem gvarandæ. *Carpzovius part. 1. Const. V. def. 27. 28. Berlic. 3. part. 1. concl. 20.*

Item locum non habet in actione ex le- ge diffamare, nec præstanda à diffamato, qui provocat diffamantem.

Not. 21. *Modus* hujus cautionis in jure Saxonico idem est, qui jure civili communi obrinet, & fit vel *fidejussoribus, vel pignoribus, vel juramento vel etiam nudâ interdum pro- missione, tot. tit. ff. qui satisd. cog. vel jurato promittant, vel sua promissioni committantur,* & cum satisfatio regulariter vel pignoribus vel fidejussoribus præstanda fit ob verba *ord. proc. t. 13.* Solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfän- den zu bestellen / non admittitur Actor ad *juratoriam cau- tionem*, nisi in casu necessitatis & quando nec pignoribus cavere, nec fidejussores invenire possit, quod ipsum jura- mento obtinere debet, daß er so arm sey / daß er kein Pfand habe / uoch nach allen angewendten Fleiß Bür- gen er. angen fönnte / Verba *ord. Proc. tit. 13.* ita hac de re di- sponunt in §. ult. Da aber der Kläger Armuhts halben den Vorstand zu bestellen nicht vermöchte / und mit sei- nem Eyde betheuren würde / er habe so vil nicht im Ver- mögen / gläube auch er fönne nach angekehrten mögli- chen Fleiße solchen Verstand mit Bürgen oder Pfän- den

Not. 21. *Modus cautio- nis præstan- da idem est, qui de jure ci- vili introdu- ctus, & fit vel fidejussoribus, vel pignori- bus vel jura- mento.*

Quando ad juratoriam cautionem admittatur A- ctor.



den nicht bestellen / soll er den selben ohne fernern Beweis / oder Gerichtlichen Schein / endlich zu leisten angelassen werden / auff daß er sich auch mit diesem Ende desto besser fürzusehen / soll Ihm allewege zu vorn darben vermeldet werden / wie hoch sich die Caution, die er sonst bestellen sollte / erstrecke.

Not. 22.
Quantitas
cautionis &
num fidejusso-
res sint idonei
committitur
arbitrio judi-
cis?

Valor bono-
rum immobili-
um, quò libe-
rari vult actor
à cautione, Ju-
dicis arbitrio
committitur.

Not. 22. Nihil super est monere circa hanc cautionem pro reconventionem & expensis, quàm quantitatem illius arbitrio judicis esse committendam, qui æstimabit etiam an fidejussores sint idonei nec ne? Et num pignora, quæ dantur, sint sufficientia? Et cum hac præsentem constitutionem de hac quantitate nihil dicatur, in ord. Proc. tit. 13. §. 2. videtur hic defectus suppleri à Serenissimo Legislatore his verbis: Wie hoch aber einer begütert / oder da er unter uns nicht besessen / den Vorstand zu bestellen schuldig / soll nicht allwege nach einem Wehrgelde / oder denen in etlichen Gerichten bißhero bräuchlichen 50. Gilden gerechnet / sondern von unsern Appellation-Hoff- und andern Gerichten / der Sachen und Person Gelegenheit nach / æstimiret werden. Ex quo textu patet, quantitatem cautionis non indifferenter unam eandemque esse, sed illam quinquaginta florenorum summam; interdum à Judice pro circumstantiis, vel augeri, vel minui posse. Quemadmodum etiam Judici committitur arbitrium interponere & Judicium, si de valore bonorum immobilium, quibus Actor relevari vult ab onere cautionis, dubium aliquod à Reo moveatur, ob verba hujus textus, Wie hoch aber einer begütert &c. Vide plura de hac exceptione dilatoria satisfactionis pro reconventionem & expensis apud Zangerum part. 2, cap. 21. Ubi testatur, quod quamvis Reus de jure com-

CONSTITUTIO VI.

communivare debeat de iudicio sisti, quod nempe in Iudicio citatus comparere & usque ad definitivam permanere velit, de consuetudine tamen Saxonica Reo huiusmodi satisfactio remittatur, nisi de fuga suspectus sit, vel causa capitalis, Idem testatur *Carpzovius part. I. Constit. V. def. 30.* Quod si tamen atrox aliquod crimen sit, ob quod aliquis accusatus fuit, v. c. homicidium, veneficium &c. Et de corpore delicti jam constet, & saltem super poenam quaestio sit, Accusator satisfactio non oneratur, sed Reus carceri includitur, ad sumptus tamen & expensas ipsius Accusatoris.

Reus in foro Saxonico non prestat cautionem de iudicio sisti, nisi de fuga suspectus sit.

CONSTITUTIO VII.

Von der Exception Spolii.

CONSTITUT. VII.

Wenn die Exception Spolii vor der Kriegs Bevestigung fürgewand / soll derhalben nach Ordnung gemeiner Recht dieselbige innerhalb funffzehen Tage zu beweisen gesprochen / und der Sächsische Terminus probatorius der sechs Wochen und drey Tage / zu diesen privilegirten Fall nicht gezogen werden.

TEXTUS.

NOTÆ.

Not. I. Uti exceptio *gvaranda* nec non *cautionis pro reconventionis* & *expensis*, ita quoque *exceptio spolii* dilatoria est, quæ naturâ suâ antè litis contestationem opponi debet. Aliquid tamen *singulare* hæc exceptio præ reliquis habet, quod nempe intrâ *quindecim dies* opponenda & probanda sit, cum aliàs ad probationem alicujus Rei regulariter & ordinariè de Jure Saxonico terminus Saxonicus requiritur, nempe *sex septimanæ & tres dies*, unde præsen-

Not. I. *Exceptio spolii dilatoria* est, & *intra 15 dies* probanda.

D

ti



ti Constitutione casus hic Exceptionis spoli *privilegiatus* dicitur, i. e. Qui recedit à communi ordine processus.

Not. 2.
Jure Canonico idem terminus probatorius exceptioni spoli præscriptus.

Recedit terminus hic probatorius à termino probatorio communi Saxonico.

Not. 3.
Convenit cum hac Constitutione ordin. Proc. t. 11.

Not. 2. Non tamen hæc *Constitutio Saxonica* recedit à *Jure communi*, sed desumpta ut plurimum esse videtur ex *Jure Canonico* capitulo *dilectus 2. cap. Final. de Ord. Cogn. cap. 1. de restit. spol. in 6.* Et huc spectant verba Constitutionis, *Soll derhalben nach Ordnung gemeiner Rechte/* in eo tamen recedere hæc constitutio à *Juris Communis-Saxonici* dispositione videtur, quod terminus probatorius Saxonicus longè alius sit, quàm quindecim dierum, nempe sex septimanarum, & trium dierum *part. I. Const. XVI. Land R. lib. 1. Art. 61. vers. Zeugnis soll man.* Et ita hæc constitutio magis recedit à *Jure Saxonico* & exceptio quasi à regula est, concordatqve cum *Jure communi præsertim Canonico.*

Not. 3. Confirmatur hæc Constitutio à Serenissimo Electore JOHANNE GEORGIO I. in *ord. proc. tit. 11. §. Desgleichen.* Ubi totus quasi processus formaliter describitur, quâ ratione hæc exceptio spoli & intra quod tempus opponi & probatio ejus suscipi debeat, quæ forma legis Saxonica præscripta præcisè in Judiciis est servanda, verba autem textus hæc sunt: *Desgleichen wenn einer Exceptionem spoli vorzuwenden/ kan er sich damit gegen der Litis contestation auffhalten / iedoch daß er Vermöge gedachter Constitution, innerhalb funffzehnen Tagen/ zum wenigsten seine Beweis- Articul / sampt Nahmen der Zeugen und Uhrkunden übergebe / und binnen solcher Zeit / und dem nächsten Appellation- oder Hoff- Gerichte / in andern unter Gerichten aber / den Termin / der ihme per sententiam darzu beraumet werden soll /*

CONSTITUTIO IV.

soll/ den Beweis bey Verlust desselben / einbringen/ der
denn in solchen Termin ohne fernere Citation und Di-
sputation alsobald eröffnet/ und darauff erkant werden
soll. Würde auch Klägern belieben / auff solche Arti-
cul specialia interrogatoria zu übergeben / oder sich Ge-
genbeweises zugebrauchen / soll Ihme dasselbe unge-
wehret seyn / jedoch / daß es alles intrâ terminum præfi-
xum pari passu geschehe/ beyderley Beweis zugleich ein-
gebracht / und zu keiner unnötigen Weitläufftigkeit
Ursach gegeben werde.

Not. 4. Currit hoc spatium *quindecim dierum, quo
spolium est probandum, demum à tempore rei judicatae.*
Postquam enim probandi onus injunctum est, Actori, illud
non prius ipsi Actori currit, quam à tempore rei judicatae,
ergò idem jus statuendum est de Reo in probandâ hâc exce-
ptione, cum non deteriores debeant esse partes Rei, sed fa-
vorabiliore, quam Actoris, nec illa verba Constitutionis
die Exception Spolii innerhalb funffzehen Tage zu be-
weisen / adeo simpliciter & secundum literam intelligenda
sunt, sed cum grandò falis, i. e. *legaliter.* Et quemadmo-
dum Actor, cui de Jure Saxonico probatio intrâ terminum
Saxonium, i. e. sex septimanas & tres dies injuncta est, den
Beweis binnen Sächsischer Frist einzubringen/ satisfi-
cisse sententiæ creditur, si saltem *articulos probatoriales.*
Et nomina testium, vel copias instrumentorum, quibus in
probatione uti vult, Judici vel Actuario intrâ terminum
præfixum obtulerit, ita quoque Reus, qui exceptionem
spolii opposuit, & cui ex singulari legis dispositione injun-
ctum est hanc exceptionem intrâ quindecim dies diduce-
re & probare, non repellendus est à judicio, nec deseruisse

Not. 4.
Currit spa-
tium 15. die-
rum in exce-
ptione spolii à
tempore rei
judicatae.

In exceptione
spolii intrâ 15.
dies non peni-
tus absolven-
da est proba-
tio, sed incho-
anda saltem,
quod fit obla-
tione articu-
lorum proba-
toriorum, vel
instrumento-
rum.



terminum probationis videtur, quamvis intra hos quindecim dies articulos saltem probatoriales obtulerit Judici, testes denominaverit, instrumenta produxerit. Nec obstant verba Juris Canonici, quæ habentur in *capitul. 1. de restitut. spol. in 6. quod si in civilibus ab Actore, in criminalibus se spoliatum Reus asserat à quocunque intra quindecim dierum spatium (post diem in quo proponitur) quod asserit, comprobare debeat, alioqui condemnandus sit in expensas Actori*, cum hujus probationis ratio legaliter sit intelligenda, aliud enim est intra terminum præfixum probationem in sese suscipere, **den Beweis führen** / aliud verò probationem absolvere, i. e. **den Beweis verführen** / negotium nempe probationis, quod facit ad informandum Judicem, tam celeris expeditionis non est, sed multis difficultatibus involutum, & cum favor probationis ipsò Jure naturali fundatus sit, non possit prægravari ille, qui aliquod defensionis suæ fecit initium, & hæc nostra sententia expressè confirmatur in *textu Ord. proc. antea à nobis allegato, vid. Carpzov. part. I. Const. VI. def. 2.*

Not. 5.
Exceptio spoli regulariter quidem ante litis contestationem opponitur, interdum tamen illam allegans admittitur post litis contestationem, si Reus juret, se ante lit. Contest. notitiam spoli non habuisse.

Nota 5. Quamvis verò regulariter exceptio dilatoria, qualis hæc quoque est, ante lit. Cont. opponatur, fit tamen interdum, ut hæc exceptio spoli etiam opponatur post litis contestationem, vel Judicium jam acceptum & firmatum, contingit enim sæpius, ut post litis contestationem demum spolium jam factum proponatur, aut jam dignoscatur ante factum, quò casu tamen Reo hæc exceptio non datur, nisi juramento fidem faciat, spolium antè litis contestationem factum ad ejus demum notitiam post Judicium acceptum pervenisse. *Zangerus de Except. part. 2. cap. 18. n. 13.* Ubi hanc formulam pronuntiandi recenset,
Dürff.

CONSTITUTIO VI.

Dürffte Beklagter schweren / daß er vor der Kriegsbe-
 vestigung von dem in Acten iho angezogenen spolio
 keine Wissenschaft getragen / sondern solches allererst
 hernach erfahren / auff den Fall wäre er zu Ausfüh-
 rung seiner Exception in gebührlicher Frist Rechtens
 zuläßlichen und damit zu hören / ergienge dann darauf
 ferner was recht ist. Quando verò juramentum hóc mo-
 dō præstitum est, formula pronuntiandi hæc est, Dieweil
 Beklagter seine eingewante Exception spoli zur Noth-
 durfft dargethan und erwiesen hat / so ist er auch ehe
 dann Kläger ihn gebührlichen restituiret / in der Haupt-
 sache zu verfahren und zu procediren nicht schuldig.

Not. 6. *Effectus* nempe hujus exceptionis oppositæ
 alius non est, qvàm ut suspendat causam principalem & pe-
 titoriam *Clem. 1. de possess. & propr.* non enim opponitur,
 ut *principaliter restitutio* fiat, sed ut iudicium suspendatur,
 ipseque Reus, priusquam ab Actore fuerit restitutus Actio-
 ni principali respondere non teneatur, *Hartm. Pistor. part.*
4. Quest. 18. n. 18. nec interest, num hæc exceptio ante vel
 post litis contestationem fuerit opposita, quia utrôque mo-
 dō nihil ampliùs operatur, qvàm hoc, ut causa principalis
 tamdiu suspendatur & Actor ulterius ante restitutionem
 non audiatur. Talis nempè formula pronuntiandi est, si
 ante litis contestationem hæc exceptio spoli sit opposita &
 probata, daß Beklagter seine vorgewandte Exceptio-
 nem spoli zur Nothdurfft erwiesen / derwegen ist Be-
 klagter / ehe und zuvor er von Klägern restituirt auff die
 wider ihn erhobene Klage zu antworten / und den Krieg
 Rechtens zu befestigen nicht schuldig / *Zang. dicto loco*
cap. 18. n. 14. Carpz. part. 1. Const. VI. def. 7.

Not. 6.
Exceptio spo-
lii nihil aliud
operatur,
qvàm ut prin-
cipalem cau-
sam suspen-
dat, donec re-
stitutio rei
spoliata facta
ab actore.

D 3

Not. 7.



Not. 7.
Differt actio
spolii ab exce-
ptione spolii

Not. 7. Quomodo verò differat *actio spolii* ab *Exce-
ptione spolii*, pluribus exponitur in capitul. ult. extra de
ord. Cogn. Ubi *Gregorius Nonus* his utitur verbis: *Super-
spoliatione conventus adversus restitutionem petentem non
est, (nisi super questione spoliationis) si eum reconveniat au-
diendus; Cum restitutionis petitio in hoc privilegiata nosca-
tur, ut ipsam intentam non cogatur ante restitutionem spo-
liatoribus respondere. Quamquam ab agendo (spoliatione
ab eis in modum exceptionis proposita) repellatur.*

CONST. VII.

CONSTITUTIO VII.

In welchen Fällen die Widerklage
auff Sächsischen Boden nicht stat
habe.

TEXTUS.

Als gelanget an / welcher Gestalt von ezlichen
Umuthwillige Klagen / allein zu dem Ende erha-
ben / damit die Beklagten / an ihren rechtmäßigen For-
derung / wider die Kläger verhindert / und unter dem
Schein auffgehalten werden / Als solte zu Sachsen
Recht ohne Unterscheid verordnet seyn / wann ein
Mann auff einen klaget / und jener wieder auff ihn / daß
der / so von erst geklaget / dem andern nicht antworten
dürffe / er sey denn erst ledig von ihme.

Dieweil wir aber gemeinet seyn / einem jeden zu
seinem Rechten / ohne des Gegenparts sonderliche Ge-
suchte Vortheilhaftige Verschleiffunge und Außflucht
zu helffen / und die Mißbräuche und Mißverstände / so
durch die Parteyen in den Gerichten unter dem Schein
des Rechtens eingeführet / so viel möglich abzuschaffen.
So

DE RECONVENTIONE.

So ordnen/ setzen und wollen wir / wann die Sa-
 che derowegen die Klage erhoben / der andern / darumb
 der Beklagte seine Widerklage anzustellen vermeint/
 anhengig / und eine aus der andern herfleust / daß in
 solchen Fällen die Widerklage in unsern Landen nicht
 stat haben / und solches auch dahin verstanden werden
 sol / Ob gleich der Beklagte ein sonderlich Libell überge-
 ben / und seine Widerklage unterschiedlich / neben der
 Klage außüben wolte / sondern es soll der Kläger / Ver-
 möge der Sächsischen Rechte / dißfals auff die Wider-
 klage zu antworten nicht schuldig seyn / es habe sich deß
 zuvor der Beklagte von ihm gebrochen / und sey die Kla-
 ge der Convention gänzlich geendet / und erörtert / als-
 dann soll der Beklagte mit seiner Widerklage gehört
 werden.

Wenn aber die Sache / darumb die Klage erho-
 ben / von den Händeln / derwegen der Beklagte eine
 andere Klage wider den ersten Kläger anzustellen hat/
 abgesondert / und die Sachen also einander nicht an-
 hengig sind / noch eine aus der andern fleust / auff den
 Fall / weil es unterschiedene Händel / auch beyderseits
 Convention und Forderung / für Klage und Wider-
 klage dißfals nicht zu achten / sollen dieselbigen bey-
 der Theil Convention Klagen / eine iede vor ihren or-
 dentlichen Richter zugelassen werden / und eine die an-
 dere nicht hindern noch irren / und nach unser dieser
 Constitution und Erklärung / in den Schöppenstühlen
 und Gerichten unserer Lande hinfuro gesprochen / er-
 kant und geurtheilet werden.

NOTÆ.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including words like "libell", "convention", "klage", "widerklage", "antworten", "schuldig", "seyn", "geendet", "erörtert", "antworten", "schuldig", "seyn", "geendet", "erörtert"]



NOTÆ.

Not. 1.
Connexio

Not. I. Postquam Legislatoꝝ Saxonicoꝝ præcedenti-
bus tribus constitutionibus 4. 5. & 6. egit de *Exceptionibus*
nonnullis *Dilatoriis*, nempe *Guarande*, *Cautioꝝ pro recon-*
ventione & expensis, & *Spolii*, jam præsentis Constitutione
explicat quid sit *RECONVENTIO*, & quibus Casibus illa lo-
cum habeat in foro Saxonico: cujus quæstionis resolutio-
ne tota occupata est *Constitutio*.

Not. 2.
Reconventio-
nis definitio.

Not. 2. *RECONVENTIO*, uti ex ipso nomine patet, ni-
hil aliud est: quam *Actio mutua*, quam *Reus ab Actore con-*
ventus coram eodem Judice contra Actorem instituit, *conven-*
tionis processu adhuc pendente. Jure Canonico dicitur *Mu-*
tua Petitio tit. X. de Mutuis petitionibus.

Not. 3.
Jure civili &
canonico re-
conventio una
cum conven-
tione indiffe-
renter admit-
titur, & eo-
dem processu
ventilatur.

cap. 1. X. de
mutuis peti-
tionibus
probatuꝝ juris
civilis & Ca-
nonici disposi-
tio.

Not. 3. De Jure *Civili & Canonico* ejusmodi *Mutua*
petitio vel Reconventio indifferenter admittitur, sive *Causæ*
sint *connexæ* sive *Separatæ*. Quod bono fine introductum
receptumque esse videbatur, ut plures controversiæ
coram eodem Judice citius & feliciter possint expediri, &
unâ quasi Judicis sententiâ terminari & componi. Ita nem-
pe hæc de re sentit *Alexander III. Pontifex cap. 1. X. de Mu-*
tuis petitionibus Mandamus, quatenus *Actioꝝ plebani & Cle-*
ricorum propositâ & responsione factâ, monitione præmissâ
cõpellatis eosdem memoratis *Abbati & fratribus inconti-*
uenti coram Vobis super suis quæstionibus respondere, ut vi-
cissim postmodum *rationes partium audientes concordiam vel*
Judicio utriusque negotium terminatis. Et ita Juris Civi-
lis & Canonici intentio laudabilis est, quæ hæc est, ut lites
& controversiæ citius finiri possint, quod fit, si diversæ cau-
sæ *conventionis & reconventionis* uno judicio ventilentur,
unaque sententiâ terminentur & denique coram eorum

Ju-

DE RECONVENTIONE.

Judice, dum actor reconventus à Reo non poterat se tue-
 ri exceptione fori incompetentis. Quæ commoda Recon-
 ventionis passim recensentur ab Interpretibus Juris Ci-
 vilis & Canonici. Et hæc dispositio Juris Civilis & Can-
 onici extra Electoratum Saxonie in multis Judiciis
 Germania adhuc hodiè in Usu & observantiâ viridi est, in
 quibus passus Conventionis & Reconventionis coram
 uno eodemque Judice inque Unâ instantiâ etiam ex diversis
 causis ventilatur & unâ saltem sententiâ deciditur, Ita
 tamen & hac conditione (1) ut statim ante litem contesta-
 tam institui debeat Reconventio Novell. 96. cap. 2. Auth. &
 consequenter C. de Sentent. & interloc. cap. 1. X. d. Mut. pe-
 tit. Post litem enim contestationem in Processu conventio-
 nis factam, reconventio locum non invenit. Ant. Fab. in
 Cod. lib. 3. Tit. def. 25. Zanger. de Except. part. 2. Cap. 1. n. 384.
 Ubi hanc dat rationem: Quod Conventio & reconventio
 separari non debeant, & hæc vel illa prius expediri non
 possit. (2) Porro requiritur ad reconventionem de jure
 Civili & Canonico, ut illa pari processu tractari possit à Ju-
 dice conventionis, si utraqve causa & conventionis & recon-
 ventionis spectet ad jurisdictionem & cognitionem Judicis.
 Nam si in causâ quidem Conventionis judex esse possit, in
 causâ vero Reconventionis ei nulla sit Jurisdictio, supra
 jurisdictionem suam jus diceret, cui impunè non paretur
 l. ult. ff. d. jurisdict. V. c. Si Clericus Laicum conveniat in
 causâ Civili coram Judice seculari, reconveniri non potest
 nisi in causâ civili, non criminali, spirituali, item si quis me
 conveniat coram Judice domicilii ex contractu empti &c.
 vel ordinario, ego vero Actorem reconvenire velim, ex
 causâ aliquâ Feudali quæ ad hoc judicium trahi nequit sed
 ad curiam Feudalem pertinet. Porro Zangerus supr. allegat.

requisita re-
conventionis

1.

opponatur
antè litem con-
testationem.

2.

in utraqve
causâ conven-
tionis Judex
habeat Juris-
dictionem
fundatam.

probatum va-
riis casibus &
exemplis.

E loco



Si in utrâque
causa conven-
tionis & re-
conventionis
Judex fit com-
petens tan-
quam suspe-
ctus, recusari
nequit.

coram arbi-
tris locum
non habet re-
conventio.

Contra Pro-
curatorem a-
lienô nomine
nec non Tuto-
rem vel cura-
torem pupillo-
rum vel mino-
rum nomine
agentem in
propriâ illorû
causâ recon-
ventio locum
non habet.

loco p. 2. cap. 1. n. 378. tale dat exemplum Si *Cajus Seiam* co-
ram *Judice Laico* conveniat ex contractu, vel aliâ causâ civi-
li, *Seia* vero *Cajum* coram eodem *Judice* recovenire velit ob
promissionem *Matrimonii*, audienda non est, quoniam *Ju-
dex Laicus* de causâ *Matrimoniali* & aliâ *Spirituali* non
cognoscit, ita ut nec partium conventio prorogare possit
hanc jurisdictionem arg. c. quanto 3. c. novit 12. de *Judiciis*.
Ex quibus & aliis exemplis manifestum est, causam *Conven-
tionis* & *Reconventionis* coram eodem *Judice* tractari uno
eodemque processu non posse, nisi *Jurisdictio* *Judicis* in
utraque causâ fundata sit, & reconventus contra *Judicem*
super incompetencia validè excipere non possit. l. 14. &
auth. seq. C. de sent. & interloc. omnium *judicum*. Aliàs si
Judex ratione causæ & rei, quæ vel in processu *conventionis*
vel *Reconventionis* in *judicium* deducitur, habeat ordi-
nariam & fundatam jurisdictionem *Judex* *reconventionis*
tanquam suspectus recusari nequit, addit *Carpzov. part. 1.*
const. 7. def. 3. hanc rationem: quia æquissimum est ut cu-
jus in agendo *Actor* observat *Arbitrium*, hunc & contra se *Ju-
dicem* esse patiatnr. Quod tamen de ordinario *Judice* intel-
ligendum, non de *Arbitris* Ita de his sentit *Zangerus p. 2. c. 1.*
n. 377. Nam quod attinet ad *Arbitros*, *Communi* consensu par-
tium electos, *reconventio* coram iis proponi non potest, cum
judicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos
fuerit compromissum c. cum dilectus 6. de *Arbi.*
Tandem hæc quoque *Reconventio* una cum *conventionem* co-
ram eodem *Judice* simulq; uno eodemque processu venti-
lari nequit, nisi inter *Principales litigantes Actorem* & *Re-
um*, quorum uterque certo respectu & *Actor* & *Reus* est.
Hinc non procedit ut *Procurator* e. g. nomine *Caji Seiam*
con-

DE RECONVENTIONE.

conveniens ex contractu vel aliâ causâ civili, à seio ob aliquam causam reconveniri possit. Addit Johan. Petr. Moling de reconvent quæ 17. rationem, quia reconventio non habet locum nisi contra agentem nomine suo. Quam approbat Carpzovius par. 1. c. 7. def. 6. & hanc assertionem quoque extendit ad Tutores & curatores, quando alios nomine Pupillorum vel Minorum curandorumque suorum conveniunt, qui teste Berlich, part. 1. concl. 21. n. 13. Reconveniri non possunt. Sed hæc ratio mihi sapere videtur petitionem principii, dum idem malè probatur per idem, rectius puto ego ideo Procuratorem, Tutorem, Curatoré &c. reconveniri non posse, quod ubi nulla conventio, ibi quoque nulla conventio, jam autem procuratoris &c. & omnium illorum, qui agunt alieno nomine nulla est conventio scil. proprio nomine, ergò nulla reconventio. Et ita Procurator, vel omnes illi, qui alieno nomine litigant in iudicio, coram competente & proprio Iudice conveniendi sunt.

Et quæ hæctenus dicta sunt, de dispositione juris Civilis & canonici intelligenda veniunt: à quâ Serennis. Legislator Saxonicus & Elector Divus Augustus præsentis constit. multum recedit. Cujus rei in frontispicio constitutionis rationes variæ allegantur, nempe (1) ut Malitia litigantium coerceatur, qui ideò actiones per calumniam & fraudem movent aliis, ut Rei impediuntur agere contra Actores, quamvis in justis & legitimis causis, dum jure Saxonico indifferenter dispositum esset, quod si quis alter alterum conveniat, Reus autem conventus illum reconveniat, ille qui prius alterum convenit, alteri respondere non teneatur, donec se liberaverit à conventionem Reus. Verba Saxonica luculentius hanc rationem exprimere videntur: Uns gelanget an welcher Gestalt von etlichen muhtwilige

Jus Saxonicum in causa reconventionis recedit à jure civili & canonicò.

Rationes.

(1)



lige Klagen allein zu dem Ende erhaben / damit die
Beflagten an ihren rechtmässigen Forderungen / wieder
die Kläger verhindert / und unter den Schein aufge-
halten werden / als sol zu Sachsen Recht ohne Unter-
schied verordnet seyn / wan ein Mann auff einen kla-
get / und Zehner wieder Ihn / daß der so von erst gefla-
get / den andern nicht antworten dürffe / er sey den erst
ledig von ihm.

Altera ratio hujus constitutionis hæc est, quod nempe Le-
gislatoris mens sit unicuiq; litigantium sine partis adversæ
dolosa protelatione jus vel justitiam administrare, omnes-
que abusus & errores partium litigantium sub specie juris
quæsitos & inventos abrogare & tollere. Verba constitutio-
nis hæc sunt: Dieweil wir aber gemeynet seyn einen jeden
zu seinem Rechten ohne des Gegenparts sonderbahre
gesuchte Vortheil-haftige Verschleiffunge und auß-
flucht zu helffen / und den Mißbrauch und Mißver-
standnis so durch die Parteyen in den Gerichten unter
dem Schein des Rechtens eingeführet / so viel möglich
abzuschaffen.

Quæ sane optimi Legislatoris serenissimi intentio
omni laudè evehenda est, utpote quod Reip. interfit, vel li-
tes omnino tollere, vel citissimè finire.

Not. 4. Sed nos mistis hisce rationibus, quæ forte mo-
verunt Legislatorem, magis solliciti jam esse debemus de
Contentis hujus *Legis & constitutionis*, & in quibus arti-
culis illa recedat à dispositione vel *Juris Civilis* vel *Canoni-*
nici. Antea nempe à nobis dictum est, quod coram eodem
Judice non solum causæ Connexæ, sed vel planè diversæ &
separatæ uno eodemque judicio sive per Modum conven-
tionis

Not. 4.
In quibus ar-
ticulis recedat
Jus Saxoni-
cum à Jure ci-
vili & Canoni-
co.

DE RECONVENTIONE.

tionis sive reconventionis tractari, ventilari, unâqve Sententiâ finiri possint. Ab hac sententiâ juris Civilis & Canonici recedit *præfens constitutio D. Augusti (1) Quando distinctionem facit inter Causas conventionis & reconventionis Connexas & separatas vel plane diversas, (2) Quando in causis Connexis Reconventionem quidem aliquo modo admittit vel recipit, sed non nisi iudicio Conventionis penitus finito. In causis viro Diversis & separatis, quæ nullâ affinitatem habent, reconventionem plane rejicit, & Convenitum, si reconvenire Actorem velit, ad ordinarium & competentem Judicem remittit. De hisce duobus membris hujus Constitutionis nobis pauca dicenda sunt.*

Not. 5. *Quod attinet causas connexas, de illis præfens Constitutio nostra ita disponit, quod si tales in reconventionem moveantur controversiæ, quæ cum causis conventionis conveniunt, vel ab aliis dependent, ita, ut una ex altera fluat quasi, reconventio quidem locum non habeat in judiciis Saxonis, ita quidem, ut causæ reconventionis unâ cum causis conventionis uno iudiciò ventilari debeant, eâdemque sententiâ terminari, non obstante, quod Reus & reconveniens peculiarem libellum obtulerit, & ita puncta reconventionis, unò quasi processu deducere tentaverit, Actor etenim Jure Saxonie ad ejusmodi reconventionem respondere non tenetur, quod si tamen causa conventionis penitus fuerit definita & decisa, Reus reconventionem suâ audiendus est, verba constitutionis hac de re ita disponunt. So ordnen/setzen und wollen wir/ wenn die Sache/derowegen die Klage erhobē/der andern/darumb der Beflagte seine Wiederklage anzustellen vermeynet/anhengig/ und eine aus der andern, herfleust/*

E 3

daß

Distinctio inter causas connexas & separatas.

In causis connexis reconventio de jure Saxonico admittantur finitâ conventionem.

In causis separatis rejicitur reconventio in Jure Saxonico.

Not. 5. *Dispositio hujus Constitutionis in causis connexis.*



daß in solchen Fällen die Wiederklage in unsern Landen nicht stat haben / und solches auch dahin verstanden werden soll / ob gleich der Beklagte ein sonderlich Libell übergeben / und seine Wiederklage unterschiedlich / neben der Klage außüben wolte / sondern es soll der Kläger / vermöge der Sächsischen Recht / dißfalls auff die Wiederklage zu antworten nicht schuldig seyn / es habe sich denn zuvor der Beklagte vom Ihme gebrochen / unñ sey die Klag der Convention gänzlich geendet und erörtet / alsdann soll der Beklagte mit seiner Wiederklage gehöret werden.

Not. 6.
In causis separatis & quæ nullam connexionem habent, reconventio in Jure Saxonico permissus rejicitur

Not. 6. Quod si verò causa sit, quæ in judicium deducitur, de illis negotiis tractans, quæ prorsus diversa & separata sunt à causâ reconventionis, & ita causa reconventionis ex causâ conventionis non fluat, neq; cum illâ aliquam affinitatem & connexitatem habeat, illò casu, quia diversa sunt prorsus negotia, & conventiones utrinque factæ pro conventionem & reconventionem non habendæ, utraq; Actio & conventio coram judice ordinario proponenda est, & altera alteram impedire non potest, prout verba hujus constitutionis in §. ult. disponunt: Wann aber die Sache / darumb die Klage erhoben / von den Händeln / derwegen der Beklagte eine andere Klage wieder den ersten Kläger anzustellen hat / abgesondert / und die Sachen also einander nicht anhängig seynd / noch eine aus der andern fleust / auff den Fall / weil es unterschiedene Händeln / auch beyderseits Convention und forderung für Klage und Wiederklage dißfalls nicht zu achten / sollen dieselbigen beyder Theil convention klagen / eine jede vor ihren ordentlichen Richter zugelassen werden / und eine die andere nicht irren noch hindern.

Not. 7.

DE RECONVENTIONE.

Not. 7. Ex hisce jam allegatis verbis nostræ Constitutionis manifestum est, quod in causis connexis reconventio quidem aliquò modo locum habeat, & causa reconventionis perinde ut conventionis coràm eòdem Judice tractari possit de Jure Saxonico, sed non uno eòdemque processu & finitâ demum & decisâ causâ conventionis.

Not. 7.
*argumentum
& sensus constitutionis 7.*

(2) Quod in causis separatis, & quæ nullam connexionem habent de Jure Saxonico nulla reconventio locum habeat. ita ut illa actio, quam Reus vel reconveniens contra Actorem per modum reconventionis mutuò instituere vult, pro reconventionem quidem habeatur, sed quælibet Actio non simul & unò processu, nec unâ sententiâ finiatur, sed uterque Actor ad judicem ordinarium remittatur: ita ut alteram non impediatur altera.

Not. 8. Cum exemplis fiat res manifesta, uterque casus nostræ constitutionis sequenti exemplo poterit illustrari: *Titius Mercator Hamburgensis in puncto debiti ex negotiatione contracti convenit Cajum, civem Wittebergensem, coràm Senatu oppidano, Cajus ex eadē negotiatione & causa ante litis contestationē reconvenit Titium coràm eòdē Judice hoc casu, cum connexa sit causa, reconventio quidem locum habet, sed non aliter, quàm finitâ conventionis causâ. Similiter sese res habet, quando v. c. Titius civis Hamburgensis convenit Cajum civem Wittebergensem coràm competente Judice, & quidem agit ex instrumentò garentigiatò seu obligatione debitoris Caji, flagit auffklare Brieff und Siegel/ caju opponit exceptionem solutionis vel compensationis, quam tamen in continenti probare non potest, & ideo condemnatur ad solutionem debiti, in instrumento obligationis expressi, reservatur tamen Cajo debitori condemnato, exceptionem Solutionis & compensationis in processu reconventionis deducere, hanc formulâ pronuntiandi consuetâ: Daß Beklagter die li-*

Not. 8.
*Illustratur
constitutio casibus & exemplis.*

libellirte Post an Capital/interesse, nebst denen Verur-
sacht en Unkosten binnen Sächsischer Frist bey Ver-
mendung der Hülf zu bezahlen schuldig / es verbleibt
aber Beklagten seine habende Exceptiones in der recon-
vention außzuführen/ unbenommen / *Quod si vero Ti-
tius civis Hamburgensis conveniens coram Senatu oppidano
Cajum, civem Wittebergensem ex causâ negotiationis, iterum
à Cajo reconveniatur ex prorsus aliâ causâ, hæc reconventio
planè rejicitur, & Titii causâ coràm competente Judice Ca-
ji, caji verò coràm competente Judice Titii, ventilari &
terminari debet secundum tenorem nostræ constitutionis, ex
quibus casibus illud quoque manifestum est, quod, quando
Actori à Reo exceptio cautionis pro reconventio-
ne & expensis opponitur, illiusque præstatio, si Actor im-
mobiliæ non sit Possessor, à Judice ei injungitur, tunc ta-
lis reconventio intelligenda est, quæ secundum hanc Con-
stitutionem locum saltem habet in *causis connexis*, non ve-
rò in causis separatis.*

Not. 9.

*Questio, num
Reconventio
in Jure Saxo-
nicò prorsus sit
abrogata?*

*Rationes pro
affirmativa,
quod nempe
Jure Saxonico
nulla locum
habeat recon-
ventio.*

Not. 9. Disputant interpretes Doctores Juris Saxoni-
ci: Numne Jure Saxonico præsertim verò hæc Constitut. VII.
Electoralis reconventio in judiciis amplius planè nullum usum
habeat, sed penitus abrogata sit? & admodum diversæ &
contrariæ eorum sunt sententiæ, quæ recensentur a Molle-
ro ad hanc constitutionem Berlich. part. I. concl. 21. n. 2. Et
sunt, qui omninò affirmant, quòd nempe tam Jure commu-
ni Saxonico, quàm etiam præsentis constit: omnis reconven-
tio penitus in foro Saxonico sublata sit, alii autem putant
hæc Constit. Aliquò modò & certo respectu adhuc recon-
ventionem in Judiciis Saxonis, præsertim in causis con-
nexis esse concessam. Qui omnem reconventionem in
Jure Saxonico sublata esse asserunt, textus potissimum
com-

DE RECONVENTIONE.

allegant Juris Saxonici communis art. 12. lib. 3. & art. 61. lib. 1. Landrecht Quibus textibus statuitur, quod Actor non teneatur respondere libello reconventionis, nisi prius ab Actione instituta Reus se expedierit in verbis, Welcher Mann auff einen flagt / und jener wieder auff Jhn / der vor erst flagt / darf dem andern nicht antworten / ex quo textu reconventionem de jure Saxonico penitus esse prohibitam asserunt Doctores, & quamvis Zangerus tract. de Except. presenti hac constitut. VII. putet Jus commune esse restrictum, attamen negat part. 1. cap. 1. n. 386. hanc constitutionem in causis connexis concedere reconventionem, ita nempe numero 388. concludit, & quamquam in ordin. Jud. Provinc. Lipsiensis & Vittebergensis subtit. von der Wiederflage, contrarium sit dispositum, ut reconventioni in casu, quando Actiones sunt connexa, locus esse possit, illustrissimus tamen Elector Augustus, ut Assessores Constitutionem Provinciam VII. in parte. 1. observarent, ac in dijudicatione hujus puncti sequerentur, jus sit. Carpzovius contra part. 1. const. 7. def. 8. Statuit, quod non penitus abrogata sit reconventio in foro Saxonico, sed ea conditione admissa in causis connexis, ut nempe post finitam & discussam conventionem ad huc ventilari possit causa reconventionis. Ubi tamen duo praesupponit requisita. 1. ut causa sint revera connexa conventionis nempe & reconventionis. 2. ut primam conventio & illam demum finita veteretur. Unde patet Doctores & interpretes Juris Saxonici inter se non convenire, num conventio penitus in foro Saxonico sit sublata, an vero hac sententia aliquo modo praesenti Constit. limitata. Caeterum utraque sententia sanò sensu defendi potest, si res hac secundum regulas Juris Civilis & Saxonici; nec non genuinum sensum hujus

Zangeri sententia.

Carpzovii sententia, quod in causis connexis in foro Saxonico aliqua locum habeat reconventio.

Requisita Juris Saxonici, ut reconventio locum habeat.

Autoris media sententia, quod nempe utraq; Zange;

F

jus



*ri & Carpzo-
vii defendi &
conciliari pos-
sit,*

*Rationes pro-
sententiâ af-
firmativâ, &
Zangeri, quòd
Jure Saxonico
omnis recon-
ventio sit sub-
lata.*

*Rationes, pro
sententiâ Carpzo-
vii & quòd a-
liqua Species
reconventio-
nis hâc Consti-
tutione refer-
vata sit.*

*L. 14. C. De
sent. & interl.*

jus Constitutionis examinetur. Defendi nempè potest il-
lorum sententia Doctorum Saxonorum, qui statuunt,
quod *Jure Saxonico videatur sublata omnis reconventio, si rem-
ponderemus secundum regulas Juris civilis & canonici*, qui-
bus permittitur, ut causa conventionis & reconventionis
coram eodem Judice uno eodemque tempore, eodemque
processu possit ventilari, nec non unâ eademque sententia
finiri & terminari, Ejusmodi sane reconventio, quæ etiam
reverâ reconventionis nomen meretur, prorsus abrogata
videtur, etiam in causis connexis, & ita intelligendus est
Zangerus & alii Juris consulti Saxonici, qui omnem recon-
ventionem, etiam in causis connexis, in Judiciis Saxonis
eliminatum esse statuunt. Defendi tamen *Carpzovius* po-
test & alii, qui ipsum sequuntur, quòd præsentì Constitutio-
ne VII. aliqua Species reconventionis in forò Saxonico re-
cepta esse videatur, in causis nempè connexis. Nec obstat,
quod ad naturam reconventionis pertineat, ut illa pari
passu ambulet cû causâ reconventionis, & unâ sententiâ ter-
minetur ab eodem Judice, quod tamen secus est dispositum
præsentì Constitutione, quâ Causâ reconventionis jubetur
demum ventilari & decidi causâ conventionis penitus fini-
tâ; Respondetur enim, quod quamvis hæc species reconven-
tionis Saxonice non per omnia sapiat naturam reconven-
tionis illius, quæ describitur Jure Civili & Canonico, & ita
non in totum cum eâ conveniat; in tantum tamen in causis
connexis præsentì Constitutione aliqua reconventio rece-
pta esse videtur, quatenus in causis connexis conventionem
finitâ Actor coram eodem Judice teneatur respondere re-
convenienti Reo apud quem ipsemet Reum antea convene-
rat, licet aliàs Judex Actoris competens non sit, & eatenus
con-

DE RECONVENTIONE.

convenit hæc Constitutio cum dispositione Juris civilis Romani in L. 14. C. de sentent. & intert. omn. Jud. ubi imperator Justinianus ita loquitur & rescribit Demostheni Prefecto Prætorio: cum enim in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se Judicem in eodem negotio non dedignetur, & rectè notat Godofredus ad hanc legem, quod illa agat de mutuis petitionibus, eò quidem sensu, quod in causa reconventionis non habeat locum exceptio Judicis incompetentis, addit porrò: i. e. in eadem lite, seu connexâ, non diversâ. Idem statuitur in authent. & consequenter & c. quæ desumpta ex nov. 96. c. 2. & consequenter ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud eundem Judicem. Ex quibus textibus manifestum est, aliquam reconventionis speciem in causis connexis hæc Constitutione receptam esse, quæ cum reconventionem Juris civilis aliquò modò conveniat. Et hæc nostra sententia, quòd nempe jure Saxonico in causis connexis & præsertim hæc constitutione aliqua species reconventionis retenta sit, magis perspicue probatur ex Ord. proc. tit. 6. §. 3. & ult. ubi Serenissimus Legislato Johannes Georgius I. non solum Anni sui Augusti præsentem Constitutionem VII. per omnia confirmat, sed & ita hæc de re sentit: *Die weil aber die Reconvention über dieses / (daß sie in einen gesamten proces geortert wird / welches wie izt bemeldt in Sächsischen Rechte corrigirt) zu Rechte auch den Effect hat / daß der Kläger dem Beklagten vor dem Richter / vor welchen er ihn belanget / hinwiederumb zu recht still stehen muß / und solcher Effectus durch die Sächsischen Rechte nirgends auffgehoben / so soll auch dasselbige also in Acht genommen / und derowegen der Kläger / wenn er*

F 2

gleich

authent. & consequenter & c. de sent. & intert.

Ord. Proc. tit. 6.



sonsten vor uns nicht dingstellig were / jedoch nach ge-
endeter Convention, auff die Reconvention klage / in de-
nen Sachen / welche einander verwand / vor demselben
Gericht sich einzulassen und zu antworten schuldig
seyn.

Not. 10.
*Quenam sint
causae connexae*

*Quae ex eâ.
dem contra-
ctus specie flu-
unt, actiones
propriè di-
suntur conne-
xae.*

*Proponitur
casus & exem-
plum actionis
& causa con-
nexae.*

Not. 10. Cæterum, cum hæc Constitutio nostra distin-
ctionem faciat inter causas connexas & separatas, operæ pre-
tium erit paucis explicare, quænam propriè *connexae*, & quæ
separatae dicantur causæ? Legislator quidem divus AUGU-
STUS ipsemet aliquam suppetidare videtur explicationem,
quando *connexas* vocat, quarum una ex alterâ fluit, & quæ
ab invicem dependent mutuos verum hæc generalis verbo-
rum significatio rem satis exprimere non videtur, recurrē-
dum itaque est ad *Interpretes Juris Saxonici*. Et Zangerus
quidem de *Exceptionibus*, part. 2. cap. 1. n. 387. Actionem al-
teri connexâ appellat, quando una sine alterâ existere non
potest, & una depēdet ab alterâ, vel speciali, quando ex una
eademque causa nascitur & oritur ex eadē specie contractus,
quod ut plurimum fit in contractibus *commodati*, *pignoris*,
depositi, *mandati*, *tutela*, ex quibus contractibus fluunt dii
diversae actiones, altera quæ dicitur *directa*, altera, quæ dici-
tur *contraria*, uti hoc jam notum est ex principiis Juris Ro-
mani. Quod Judicium ferendum quoque est de actionibus
locati & *conducti*, *empti* & *venditi*. Omniū optimè hæc res
exemplis illustratur, Titius Sempronio commodavit equum,
i. e. gratis utendum concessit equum, ad certum tempus, finito
quidem tempore fide bonâ restituendum, Ex hoc contractu du-
plex actio oritur, & Titio quidem, qui Sempronio equum uten-
dum commodavit, datur Actio directa contra Sempronium,
qui ei hoc contractu legali obligatus est, nempe ad rem com-
mo-

DE RECONVENTIONE.

modatam restituendam & damnum, quod culpa Sempronii
 commodatarii sensit, restituendum, poteritque conveniri non
 solum ob dolum & latam culpam in re commodata commissam,
 sed & culpam levem, dum ille, qui utendum accepit sine ulla
 mercede, exactam diligentiam custodiende rei prestare debe-
 at, nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantum in
 suis rebus adhibere solitus, si modo alius diligentior potuerit eam
 rem custodire, & quae alia sunt, quae sub actione commoda-
 ti directa comprehenduntur, quae partim recensentur §. 2.
 instit. quibus modis re contrahitur obligatio, part. im. tot. tit.
 ff. commodati vel contra. Uti vero Titio ex commodato e quo
 contra Sempronium competit actio directa, ita quidem Sem-
 pronio ex hoc contractu commodati datur actio contraria,
 quae experiri potest commodatarius adversus commodantem,
 si vel recommodata uti sit prohibitus, L. 3. §. 17. §. 1. ff. com-
 modati, Vel si commodatarius damnum ex re vitiosa scienter
 commodata senserit L. 15. §. penult. leg. pen. ff. commodati. Et
 ita in omnibus aliis contractibus videtur fieri, ut unus con-
 trahentium habeat actionem ex contractu directam, alter
 contrariam, quae si mutuo coram eodem Iudice instituan-
 tur, omnino dicuntur *causae connexae*. Ut itaque pergamus in
 exemplo jam proposito, si Titius Sempronium conveniat
 coram competente suo Iudice Actione Commodati di-
 recta, Sempronius autem reconveniat Titium actione com-
 modati contraria, omnino illa reconventio admittitur in foro
 Saxonico, cum extra controversiam utraque causa connexa
 sit, & ita Sempronius auditur actione sua contraria, quam-
 vis forte Titius incompetentiam fori pretendere possit, haec
 tamen lege & conditione Sempronius admittitur, ut causa
 reconventionis non ventiletur, neque decidatur, nisi causa

*Actio directa
 & contraria,
 quae datur ex
 uno contractu
 connexa est.*



Describuntur
causae separatae
& non connexae.

Si dubitetur,
num causae sit
connexae vel
non, Judicis
arbitrio res
deciditur.

Finita non
censetur cau-
sa antefac-
tam execu-
tionem sen-
tentiae,

conventionis penitus finita, quod adeo verum esse censet
Carpzovius, ut causa connexa, quae ab alia dependet, ne qui-
dem separata instantia & coram alio Judice tractari possit,
antequam prima conventio fuerit finita, part. 1. const. VII.
def. 9. Et ex hac descriptione causarum connexarum per
doctrinam contrariorum jam satis manifestum erit, quae-
nam dicantur causae non connexae vel separatae? Quae nem-
pe ab invicem non dependent, vel ut Constitutio nostra lo-
quitur, si altera ex altera non fluat, vel quod ex diversis con-
tractibus oriatur, vel ex diversis & ab invicem longe di-
stantibus rebus aliis, e. c. Si actor conveniat Reum ex mu-
tuo, Reus illum reconveniat ex deposito, si Actor experia-
tur actione Reali contra Reum, Reus reconventionis loco
instituat actionem personalem, si actor agat ex testamento,
Reus autem ex contractu. Et ita in aliis quoque rebus,
quae neque affinitatem, neque aliquam connexitatem ha-
bent. Quod si verò dubium occurrat inter litigantes,
num illae causae, quae mutuo deducuntur in iudicium ab
actore & Reo, connexae sint, vel non, arbitrio Judicis tota res
erit committenda, cum impossibile sit in tantâ copiâ causa-
rum & contractuum civilium, ut causae connexae & separa-
tae certâ regula possint determinari & definiri. Petr. Frider.
in tract. de contin. caus. Pacian, de probat. lib. 1. cap. 26. Et
uti quidem de connexis diximus, quod illae per modum
conventionis & reconventionis tractari possint coram eò-
dem Judice, lite nempe finirà conventionis, i. e. factâ de-
mum executione sententiae, Carpzov. part. 1. Coust. VII. def. 16.
& ord. proc. tit. 6. in fine Es habe sich denn der Beklag-
te von Ihm entbrochen / und sey die Convention Kla-
ge

DE RECONVENTIONE.

ge durch Wirkliche völlige Zahlung / unlauchbare
 Compensation oder andere Satisfaction gänzlich erlediget /
 ita in causis separatis & diversis de Jure Saxonico nulla
 admittitur Reconventio, sed secundum tenorem hujus
 Constitutionis per modum conventionis coram Judice
 competente vel uno vel diversis in simul possint ventilari,
 nec una alteram impedire potest. Carpzov, part. 1. const. VII.
 def. 10. Illud adhuc de causis connexis ex ord. Proc. tit 6. in
 fin. notandum est, quod in causis injuriarum connexis re-
 conveniens etiam ante finitam conventionem usque ad li-
 tis contestationem agere valeat inclusivè. Verba autem
 ord. tit. 6. ita habent. In Injurien Sachen aber da eine von
 der andern dependirt, bis auff die litis contestation, da-
 durch Actio injuriarum perpetuirt wird / inclusivè ver-
 fahren / und so denn der Proces bis nach Erörterung
 der Hauptsache suspendiret werden.

Not. II. Illud dubium quod circa passum Reconventionis ad-
 huc occurrere solet & moveri à Doctoribus Juris Saxonici,
 nobis removendum est: quid Juris sit, si uno eodemque tempo-
 re eodemque ferè momento mutuo ab actore & Reo coram eodem
 Judice instituantur actiones, & uterque eodem tempore libellum
 conventionalem obtulerit: Hic iterum necessario adhibenda
 est distinctio inter causas connexas & separatas. Si conne-
 xæ sint causæ, & fluant ex eodem principio, præventioni
 omninò locus est, nec licet causas connexas conjunctim ac
 insimul tractare, ne quidem in Judiciis diversis, & si qui-
 dem Constiterit quis prior, supplicationem Judici obtule-
 rit, is hoc casu partes Actoris sustinere censetur, ut ab eo,
 contra quem petitio facta est, tanquam præventio, reconve-
 niri

In causis inju-
 riarum con-
 nexis procedi-
 tur usque ad li-
 tis contesta-
 tionem.

Not. II.
 Questio, quo-
 modo præven-
 tio locum ha-
 beat in causis
 connexis vel
 separatis?

Qui prior ad
 judicium pro-
 vocavit, Præ-
 ventionis In-
 re præfertur.



Duobus simul
ad Judicium
provocantibus
& eodem mo-
mento libellū
offerentibus
præventio Ju-
dicis arbitrio
committitur
Reservatio
processus Or-
dinarii non
inducit præ-
ventionem.
causæ separa-
te simul tra-
ctari possunt,
coram compe-
tente Judice,

niri nequeat, sin verò de eò non appareat, sed duo simul apud Judicem actiones suas proposuerint, vel libellum obtulerint supplicem, in arbitrio Judicis erit, cui hæc in parte gratificari velit, art, 61. lib. 1. Landrecht. Art. 12. l. 3. Landr. ibiq, glossâ. & ita præventio arbitrio Judicis est decernenda, quæ etiam locum habet in causis *summariis* & *executivis*, nec non in causis quoque *illi quid is*, Carpzov. part. 1. Const. VII. def. 23, 24. 25. quibus locis rectè notat, litis pendentiam non induci per solam supplicationem principi oblatam, neque præventionem per solam reservationem processus ordinarii coram Judice factam induci, & ita sese res habet in causis connexis. Quòd si verò causæ *separatæ* sint, tunc quamvis unò eòdemque momento coram Judice competente institutæ sint, conjunctim tractari possunt, nec una alteram impedire potest secundum tenorem cujus constitutionis, &
ord. Proc. tit. 6.





DISS
Com
E
DIV
inprin
Indult
IN ACAD
WERN
MA
In Audi
JOHANNE
Imprimeba
683.
Cottnagel /
Typogr.



627
2

